

Vergilius nunc in medicina parū cognosci, & nullam eius vsum esse scribit. Primus Valerius Cordus in suis in Dioscoridem Annotationibus, non aliud quàm Sperma ceti vulgò dictū esse, breuissimè & simpliciter asseruit: idem verò prolixius libello priuatim super hac re condito, probare conatus est. Huius sententiam arripuerunt & secuti sunt alij quidam, nulla authoris ex quo hauserūt mentione: ante alios Georgius Agricola libro tertio de natura fossilium, his verbis: Sales fossiles, marini & lacustres, craf-
 farum sunt partium, fossilis in primis:
 contrà tenuium, ex aqua falsa exco-
 cti, nempe plerunq; minuti & mol-
 les. Sed maximè tenuium partium est
 flos salis, est enim non modò tanquā
 fauilla tenuissimus & leuissimus, sed
 etiam candidissimus. At maris flos
 [*sic enim vertit cum Cordo, ἢ ἀλὸς αὐβ*]
 ab eo totus est diuersus. etenim humi-
 dus, pinguis, croceus, vt qui sit semen